

**2153** in h. d. d. | T. Albanus | Principia|nus<sup>1</sup> evok. | Aug. n. (In latere) salvos veni|re (Fortuna). — (In altero latere) salvos ire (dea, rotae innixa, cannam et flagellum manibus tenens; iuxta columna miliaria signata numero I)<sup>2</sup>.

Romae (VI 830 vidit Henzen). — 1) Nomen militis derivatum a castrorum Albanorum principiis putat Mommsen. — 2) Iudice Henzeno repraesentatur numen, in cuius tutela erat res vehicularis; fortasse cogitari potest de numine viae alicuius, ut via Traiana repraesentatur in nummis Traiani (Echhel 6 p. 421).

### Cohortes vigilum.

**2154** (ornamenta sacerdotalia) imp. Caesari | divi Antonini filio, | divi Hadriani nepoti, | divi Traiani Parthici pronep., | divi Nervae abnepoti, | M. Aurelio Antonino Aug. | pont. max., trib. pot. XVI<sup>1</sup>, cos. III, | cohortes VII vig.<sup>2</sup>

Ostiae rep. basis marmorea, in rudibus aedificii, quod castra vigilum Ostiae tendentium fuisse apparet (Eph. ep. 7, 1200 vidit Huelsen). — 1) A. 162. — 2) Ostiae, ubi Claudius cohortem aliquam, fortasse ex numero urbanarum collocaverat (C. XIV p. 9), saec. p. Chr. II et III stationem habebat vexillatio electa ex septem cohortibus vigilum, ut tituli una cum hoc reperti docent. Ita factum est ut Ostiae septem cohortes vigilum una titulos dedicaverint, cum Romae singulae cohortes in suis quaeque stationibus imperatores honorare consueverint.

**2155** imp. Caesari | L. Septimio Severo | Pio Pertinaci Aug. | Arabico Adiabenco Parthico maximo | Felici, pontifici max., trib. pot. XV<sup>1</sup>, imp. XII, | cos. III, p. p., divi Marci Antonini Pii | Germanici Sarmat. fil., divi Commodi | fratri, divi Antonini Pii nepoti, | divi Hadriani pronepoti, divi | Traiani Parthici abnepoti, | divi Nervae adnepoti, | restitutori castrorum | Ostiensium, | sub Cn. M. Rustio Rufino pr. vig.<sup>2</sup>, e. v.<sup>3</sup>, | curantibus<sup>4</sup> | C. Laecanio Novatilliano subpr.<sup>5</sup> et | M. Fl. Raesiano trib. coh. II vig., | praeposito vexillationis.

Ostiae rep. una cum ea quae praecedit (Eph. ep. 7, 1204 vidit Huelsen). Similes sunt inscriptiones eodem loco eodemque tempore positae Caracallae (Eph. 7, 1205) et Iuliae Domnae (ib. 1206). — 1) A. 207. — 2) Cf. supra N. 1545, infra N. 2156. — 3) Egregio viro. — 4) Litterae ntibus in litura scripta sunt, cum antea fuisset curam agentibus; idem factum est in similibus basibus Eph. 7, 1205. 1206; de qua re cf. ad Eph. 7, 1206. — 5) De hoc subpraefecto vigilum cf. Eph. 7 p. 565.

**2156**

imp. Caes. M. Aurelio  
Antonino Aug., Severi  
Aug. n. filio, Parth. max.,  
trib. pot. VIII<sup>1</sup>, cos. II  
coh. I vig. Antoni  
niana<sup>2</sup>  
Cn. Rustius Rufinus praef. vig.<sup>3</sup>,  
Ti. Claudius Marcellinus  
trib.<sup>4</sup>,